

Stephanus Galdeti

*Utrum divina voluntas sit cuiuslibet
nostre actionis regula directiva*

Editor: Florina Hariga

work in progress
16.07.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Utrum divina voluntas sit cuiuslibet nostre actionis
regula directiva**

Triplex iuxta sententiam Apostoli voluntas Dei potest assignari.
Distinguatur in principio de triplici esse actionum modi etc.: bona,
5 efficac, beneplacens iusti, perfecta meriti, tunc ponitur conclusioprima
de voluntate Dei efficaci talis: cuiuslibet quod fit et solius talis Dei
voluntas est efficaciter volitiva.

Corollarium primum: quodlibet quod fit qualitercumque positive fit
taliter fit Deo volente || efficaciter illud sit fieri. Patet nam sicut nulla
10 entitas fit quin fiat dependenter a divina voluntate sit, nec aliquammodo
fit quin taliter dependenter a Deo fiat.

P2 133r

Secundum corollarium: non est necesse quod qualitercumque seu
qualicumque modo privativo aliquid sit quod taliter fiat a divina
voluntate seu quod taliter divina voluntas velit illud fieri. Patet, quia
15 nec necesse est ut illud quod non est vel non fit, Deus velit non esse vel
fieri, ut tantum fuit in prima conclusione que infra scribi.

Tertium corollarium: quod in divina voluntate efficaci non est
ponenda permissio, sed rationis obmissione contra Bullas, nichil enim
est, vel fit quin Deo sic volente fiat. Nisi diceretur in huius voluntate
20 permissio respectu non esse eorum que Deus posset facere, si vellet que
tamen permittit non esse, sed hoc non proprie dicitur permissio.

Quantum corollarium: obmitte quod ad huius voluntatem nulla est,
nec esse potest deformitas. Patet, quia non est possibile, quin omne
quod Deus vult fieri fiat, et quod non vult fieri non fiat. Patentur hec
25 satis.

Secunda conclusio: voluntas divina iusti est cuiuslibet actionis nostre
recte moralis regula moraliter directiva. Ista enim voluntas Dei est lex
eterna de qua frequenter AUGUSTINUS ut alibi a GREGORIO habet.

Corollarium ex prima et secunda quod huius legis eterne lex data

1-2 utrum divina — regula directiva] secunda questio prima lex seu prima
regula prima quod divina voluntas est cuiuslibet nostre actionis et omnis eius causa
principaliter productiva *add. in marg. sup. P1* 3-5 triplex — meriti] distinctio
add. in marg. P1 4 distinguatur — modi etc.] *sup. lin. P1 ; om. P2* 5-7 tunc
ponitur — volitiva] conclusio *add. in marg. P1* 6 efficaci] et *add. sed del.*
P1 8 corollarium primum] corollarium *add. in marg. P1* 12 secundum
corollarium] secundum corollarium *add. in marg. P1* 17 tertium corollarium]
tertium corollarium *add. in marg. P1* 18 sed — Bullas] *sup. lin. P1 ; om. P2*
20 permissio] *sub lin. P1* respectu] eorum *add. sed del. P1* 22 quantum
corollarium] quantum *add. in marg. P1* obmitte] *sup. lin. P1* 26 secunda
conclusio] conclusio *add. in marg. P1* 27 recte] *sup. lin. P1* 29 corollarium
ex — lex data] corollarium *add. in marg. P1* ex prima et secunda] *sup. lin.*
P1 ; om. P2 eterne] *sup. lin. P2*

temporaliter, puta lex nature, recta ratio Moysy, evangelica Christo, earum precepta et prohibitiones signa sunt. Nam ut videtur signa sunt alicuius divine voluntatis et non efficacia, igitur voluntas iusti etc.

Corollarium quod huius precepta et prohibitiones non sunt
 5 solum signa simplicis divine complacentie in iusto. Nam si precepta
 essent signum vel signa divine simplicis complacentie sequitur quod
 prohibitiones essent signa divine displicentie et hoc non, quia nulla talis
 displicentia est ponenda in Deo, quia nec respectu positivorum, nec
 10 respectu privativorum ut alibi. Item respectu cuiuslibet positivi sive in
 bono, sive in malo Deus habet simplicem complacentiam, ymo respectu
 omnis possibilis entitatis Deus necessario habet huius actum. Item
 aliquid fieri vel non fieri est impertinens, nec conforme, nec difforme,
 tali velle Dei simplici, nam dicitur simplex, quia de obiecto simplici.
 || Patet per simile, nam simplici notitie nullum iudicium est difforme,
 15 igitur nec velle simplici aliquod opus vel electio sunt difformis. P2 133v

Corollarium quod esto quod huius sint signa simplicis divine
 complacentie, scilicet simplicis in se non tamen de simplici obiecto
 volito, unde probatur et apparenter ymaginari potest quattuor divina
 volita. Vult enim Deus alico debere fieri a creatura sua rationali et
 20 ipsam adhuc obligari aliqua licere † bona sibi fieri, aliqua experire
 fieri, ut opera conciliorum, aliqua debere non fieri, et horum sunt signa
 preceptum permissio concilium ut APOSTOLUS loquitur de virginitate et
 matrimonio prohibitio etc. Ex quo patet GREGORIUM et non nullos alios
 non proprie loqui de divina prohibitione et permissione etc. Possent
 25 hoc multipliciter declarari obmitto gratia brevitatis. Sequitur ulterius
 quod quamvis omnis mala actio sit volita a Deo debere non fieri, non
 tamen omnis bona est volita debere fieri. Patet de permissio vel licito et
 de expediente fieri. Patet ulterius quod omnis mala operatio est legis
 eterne transgressio et omnis bona eiusdem inpletio, quin ymo causaliter
 30 omnis mala operatio, ideo mala, quia eterne legis transgressio et omnis
 actio bona, ideo bona, quia eiusdem inpletio.

De mala patet, quia *si non esset lex, non esset prevaricatio*
 APOSTOLUS omnis autem peccatorem prevaricator in Ps. *prevaricatores*
reputari omnis peccatores terre. Ex hiis satis patet ad quesitum
 35 affirmative. Patet etiam quod venialis culpa est eterne legis transgressio.

4–11 corollarium — actum] corollarium add. in marg. P1 6 simplicis]
 sup. lin. P1 16–20 † bona] sup. lin. P1 20 corollarium quod esto — †]
 corollarium add. in marg. P1 25–31 sequitur ulterius — inpletio] corollarium
 add. in marg. P1 32 patet] sup. lin. P1

De hoc habet alibi partem ordinatam. Sequitur tertia conclusio.

|| De secunda conclusione

P1 82v

In esse nature, iusti, in esse meriti

Tertia conclusio de tertia Dei voluntate que est ad penam vel
 5 premium est talis quelibet transgressio legis eterne est ad supplicium
 a Deo iuste inputabilis. Et quelibet eiusdem inpletio ad premium
 acceptabilis, nec tamen econverso esse potest, nam tunc esset
 repugnantia in divinis actibus. Unde quamvis non sit repugnantia velle
 aliquid debere fieri ab aliquo et ipsum esse ad hoc obligatum, nec tamen
 10 illud velle efficaciter fieri, tamen in proposito velle aliquid esse debitum
 fieri. Et pro illo digne vel iuste dari supplicium est repugnantia quedam
 et moralitas unde in *Evangelio de bono opere non volumus te lapidare*
 etc.

|| Corollarium: quamvis ita sit, hoc non est, quia in transgressione
 15 huius sit alica intrinseca inputabilitas aut in inpletione aliqua
 intrinseca dignitas ad penam vel premium. Nam hec contingunt
 huius actibus, scilicet inputabilitas ex conformitate vel diformitate
 ad divinam legem seu voluntatem secundo modo dictam. Modo in libera
 voluntate legislatoris maxime supremi nulli alteri obligati lege alica
 20 super transgressione sue legis obligare vel non obligare, ordinare vel
 non ordinare ad extrinsecam penam vel premium, quamvis non sit
 universaliter liberum velle A esse iustum vel iniustum, puta odire Deum
 etc.

P2 134r

Patet etiam quod assistentia vel principiatio Spiritus Sancti non
 25 dignificat actum aliquem eterno premio ut aliqui ponunt. Hoc non
 ulterius deduco.

Potest inferri ulterius quod quelibet transgressio huius legis, potest
 quantumlibet inputari, etiam quelibet inpletio potest quantumlibet
 acceptari. De transgressione nam illa extrinseca circumstantia, scilicet
 30 diformitas ad aliquam legem finite iustam est aliquid malum et ad
 magis iustam et dignam magis et sic deinceps, igitur infinite etc. Ex
 alio nam huius Dei voluntas est libera ad tantum vel tantum inputare.
 Patet ulterius unum alias tactum quod nulla huius transgressio est

8 repugnantia] aliquid *add. sed del. P1* 14-23 corollarium — odire Deum
 etc.] ex opere sed etc *add. in marg. P1* 27-33 potest inferri — inputare] cave
 de conditione de quia *add. in marg. P1* 3/34-4/11 patet ulterius — premium]
 nec propter demerita astringitur dampnare etc videatur summo premii item secundo
 item responsio tua ordinaria *add. in marg. P1*

de se venialis, ymo solum ex Dei voluntate misericorditer obligante et inputante. Patet etiam responsio affirmativa ad quesitum, scilicet quod Dei voluntas huius est ordinem actionum in penam vel premium directiva. Patet satis. Etiam de penis temporalibus unde solvitur illa
 5 Esdre questio etc.

Patet etiam ex dictis vel ex eisdem deduci potest quod Deus non quemlibet actum bonum inputat actu ad premium, nec quemlibet malum ad supplicium. Patet primum de actu bono presciti quem, quamvis velit Deus esse iustum secundo modo voluntatis, non tamen vult ipsum actu
 10 esse dignum actu primo, sed bene vult ipsum esse talem quali ex gratia in perseverante daretur premium. De hiis alibi. Pelagiani sperant in meritis, velud causis, et per consequens desperant † etc.—

Ex hiis ad quesitum generaliter in esse, in esse iusti, in esse meriti.

Divinam voluntatem esse actionum || nostrarum moraliter directivam
 15 potest intelligi dupliciter vel per modum regis efficientis gubernantis, per modum legis regulantis. Secundo modo dupliciter in esse iusti et iniusti, in esse meriti vel demeriti.

P2 134v

Conclusio: quamvis cuiuslibet nostre actionis sive iuste, sive iniuste, sive meritorie, sive non, Deus sic causa generaliter productiva actum
 20 iuste cuiuslibet specialiter directiva. In collecta: “dirigat, quesumus Domine, corda nostra tue virtutis operatio” etc., et in oratione cotidiana prime: “que nos ad principium huius diei” etc., et infra dirigere gubernare etc., *nisi Dominus custodierit civitatem* in Ps..

9 actu] *sup. lin. P1* 10 actu] *sup. lin. P1* ex gratia] *sup. lin. P1*
 13 meriti] *sub lin. P1* 14–17 divinam voluntatem — demeriti] *nota add. in marg. P1*
 18–23 conclusio quamvis — in Ps.] *nota add. in marg. P1*